

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

De artificio suasionum, & dissuasionum. Capvt VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

*Plautus l. 1.
ca. 140.*
satus animæ corporis fortunaram compen-
diosius est ad suasionem, & dissuasionem iter.

Ecce Olibano cōmiti multis criminibus im-
merso, suadendum fuit, vt religiosum insti-
tutum artiperet? Quæ honestatis illecebra,
aut viriliteris magnitudo hominem ad alia o-
mnia, vt videbatur, prorsus natum inflecte-
re potuisset, vt id consilij caperer? At ubi à
viro sancto, cui suam conscientiam permi-
serat, audiuit nullum aliud ad æternam fel-
icitatem sibi iter esse relictum: Homo, qui à
teneris aula delicijs assueverat, ita repente est
immutatus, vt reliquo pristino vita genere,
totum se religiosa dilecta plena comitteret.

*Orcyni pif
ca. 145.*

*Elianu de
animalibus.*
Orcynus hamo captus luculentius sibi vul-
nus inferr, vt hanum extrudat: Qui veneno
infestum habent membrum, id patiuntur,
quamquam acerrimo dolore escindunt, lan-
gami omnem subeunt, vt quod reliquum
est vitæ seruent, ac tuncant, inducti una ra-
tione necessitatis.

*Cicero.
libip. 4.*
Nee aliud habet potentius argumentum
M. Tullius ad suadendum bellum aduersus
M. Antonium, quam istud, *Agitur enim, non
qua conditione viaturi, sed viaturine ius, an
cum supplicio, ignominiaq; persuiri.*

Additur his quoque capitibus facilis, iu-
cundique ratio, que non leue ad inflestantos
animos sortita est momentum. Quamuis e-
nim res, & honesta sit, & multas contineat
eum honestate coniunctas virilitates, tamen si
nimis sit operosa, deterret plerumque ani-
mos, & minorcs haber ad suadendum emis-
fiones.

De argumentis, & affectibus generis deliberatiui.

CAPUT VII.

*Argumenta huius generis primum sunt
omnes loci topici, de quibus libro quar-
to fusiū actum est, deinde auctorita-
tes, & testimonia, pacta, conuinciones, exem-
pla, & cætera similia.*

Sed nihil ita familiare est, ac sunt rerum,
personarum, locorum, temporum, rationum,
causarum, denique diuinæ, q; quibus si rem
bene discutias, inuenies omnia fere decerp-
tiva argumenta.

Nec nullum validius est telum, quam o-
missis communionibus de honestate digres-
cens.

sionibus, ad ea, quæ rei intima sunt deue-
nire.

Affectus autem huius partis præcipui sūt, *Affectiones.*
desiderij, spci, amoris, timoris. Nam vel bo-
na querenda proponuntur, & tunc eorum
desiderium excitari, atque inflammari solet:
vel ad desiderium accedit certa, atque explo-
rata ratio facultatum, quibus ea facile possu-
mus assequi, & hoc spem erigit, erectamque
fouet, ac sustentat. Vel rei bonitas, pulchri-
tudo, utilitas, quasi præfens ob oculos ponit-
tur, ut ardentes quasdam amoris faces ini-
ciciat. Si contra dissuadendum est, res impedi-
ta, difficiles, molestas, terribiles ingeruntur,
quibus motus terroris, & desperationis com-
maueruntur.

Demades orator, cum forte ad Philippum Hermog.
Regem legatus missus esset, vt eum Athena- lib. 1. de In-
rum desiderio incenderet, yrbem descripsit in uent.
mensa. Contrà Cicero vt pacem dissuadeat
cum M. Antonio sanciendam, postquam nul-
lam intercedere posse ostendit, vt motus ter-
roris, & odij inurat, eius crudelitatem depin-
git.

Nullus ei Iudus videtur esse iucundior, *Cicero.*
quam erior, quam cædes, quam ante oculos *Philip. 4.*
trucidatio ciuium.

De artificio suasionum, & dis- suasionum.

CAPUT VIII.

*S*uasionis igitur, vel dissuasionis hoc pri-
mum caput est, vt venæ teneantur homi-
num, intimique eorum delibentur sensus, *& Persua-
sionis.*
cum quibus res agenda est. Néque solum na-
tura, ingenium, institutio, conditio, sed et-
iam affectus, vt amores, odia, metus, volupta-
tes, & priuata quæque adiuncta perquirenda
sunt: Quæ, quo melius dignoscuntur, eò fa-
ciliorē suppeditant persuadendi ratio-
nem.

A que vt Imperator in yrbis obsidione lo-
ca omnia lagacissime pertinet, vt qua parte
debiliore viderit, hac impressionem faciat,
sic orator omnes pectoris aditus collustrat,
antequam destinato, quod cupit iitu feriat.
Hæc satis fuit Alexandri Magni, non minus
discitū oratoris, quam nauis Principis, qui cum
exercitum haberet, ex varijs gentibus con-
stitutum,

Curius l. 4.

*Deliber-
gen.*

flatum, varia oratione, ut cuiusque animis apum erat, milites alloquebatur. Maccenses bellorum in Europa victores, ad subiugandam Asiam, atque ultima Orientis, non ipsius magis, quam suo ductu profecti, inueterata virtutis admonebantur. Illos terrarum orbis liberatores, emensosque olim Herculis, & Liberi patris terminos non Persis modo, sed etiam omnibus gentibus imposituros iugum. Macedonum Bactra, & Indos fore: Minima est, quae nunc intuerentur: sed omnia victoria parari. Hæc apud generosos animos. Deinde cum videret tot terrarum spatia emensos, non nihil difficultatum occursu retardari insinuat.

Non præruptis petris Illyricorum, & Thraciae axis sterilem laborem fore: spolia totius Orientis offerri. Vix gladio futurum opus: Totam aciem suo paurore fluctuantem vmbonibus posse propelli. Victor ad hæc Atheniensium Philippus parer inuocabatur, domitæque nuper Bœotia, & vrbis in ea nobisissimæ ad solum dirutæ species repreäsentabatur animis.

Cum adierat Græcos admonebat, ab ijs gentibus illata Græcia bella, Darij prius, deinde Xerxis insolentia, aquani ipsam, terramque populantium, ut neque fontium haustum, nec solitos cibos relinquenter. Dein Deum templa ruinis, & ignibus esse deleta: vrbes corum expugnatas: fœdera humani, diuinique iuris violata.

Illyricos vero, & Thracas rapto viuere asfuctos, aciem hostium auro, purpuraque fulgentem intueri iubebat, pradam non arma gestantem. Ireni, & imbellibus fœminis aurum viri eriperent: aspera suorum montium iuga, nudisque colles, & perpetuo rigentes gelu ditibus Persarum campis, agrisque mutantur. Ita qua quisque capitul' elca delinendus.

II. In eo qui suadet, duo potissimum requiruntur, auctoritas, quæ ex sapientia, virtute, opibus, artate, & cæteris inualefecit: Deinde amor, & benevolentia in res nostras. Primum igitur maximè solemus moueri corum sapientia, peritia, & experimentis, qui aliquid suadent, vel dissuadent, quod eleganter his verbis expressit Ausonius.

*Agricolam si flava Ceres dare semina ter-
re,
Gradinus iubeat, si capere arma ducem;
Solvere de portu classem Neptunus inermem;*

*Suasionis
artificiosa
exemplum.*

*Suadentis
partes que?*

*Ausonius
epigram. ad
Theodosium
Imperat.*

*Eidere tam fæstus est, quam dubitare nefas.
In sanum quāvis hyemet mare, crudag, tellus
Semini bus, bello nec, aitis apta manus.
Ni dubires autore bono.*

Itaque nauum ducem facile sequuntur milites, & in quamecumque partem inflexerit mouentur. Quin laceris, & exarmatis nauigis impositi, nonnunquam tranant maria, & quidlibet moliuntur, vnius viri robustissima quadam auctoritate concitat: sin contra imperitus sit, aut infelix Imperator, tuissima queaque formidant. Similiter in cæteris euenit: Nam & peritos medicos requirent ægroti, quibus suam salutem committant, quos vbi tales sibi persuaserint, nihil non valitudinis recuperandæ cauilla sub eorum auspicijs faciunt, callidos, & longo rerum vñtrito nautas nauigantes, doctos præceptores discipuli bonos, fabros, bonos sartores, bonos etiam cerdones quicunque desiderat, quibus rem suam committat. Ad peritiam accedat oportet integritas, & certa in nos benevolentia. Nam si peritissimum hominem in eare, quā simulati aggredimus nocti sumus, verlurum tamen, res & vñfallacem, & sui potius amantem, quam no-^{sunt} milisti deprehendamus, eius suasiones, & dissuaderetis nesciones auersamur. Hoc Virgilius in oratione hilpejus, Iunonis, & Veneris indicare voluit quarto denuo Aeneidos. Nam Iunonem blanda, & valde probabili oratione de retinendo Aenea Carthaginem loquentem inducit.

*Sed quis erit modus, aut quo nunc certamini
sane?*

*Quin potius pacem aeternam, pactoque hy-
menaos*

*Exercemus habes, quod tota mente petiſſis,
Ardes amans Dido, traxiisque per ossa furo-
rem,*

*Communem hunc ergo populum, paribusque
rogamus*

*Auficis: licet at Phrygio seruire marito,
Dotalesq, tua Tyrios permisstra dextera*

*Quid hac oratione in speciem honestius,
aut utilius? nec tamen persuadet Venus.
Cur? — Sensit enim simulata mente loquitur.
nec sibi tam benevolam lunonem credere
poterat: frustra igitur laborant in suadendo,
aut dissuadendo, qui minimè diliguntur,
aut amici non putantur. Prius deuincire pe-
ctus oportet, quod ferias, quod si laboret ali-
qua suspicione, paulatim obsequijs, & certis
benevolentia signis euellenda est, antequam
res longius progrediatur. Contra, si nihil
obſtit-*

obstiterit, si sapientia, si integritas, si fides in
faudente benevolentia, magni sunt ad omnem
persuasionem aculei. & qui his fultus
adminiculis suaderet. σιγῶν θεον δύρατο, τὸ
πλέον λαλούντων. συνέρμοσα γόρηνολαῖς
χριστοῖς τοῖς δικαιουαστιν ὡς χρεδαί τὴν κα-
θηκα, ut author est D. Ignatius Martyr, in e-
pistola ad Philadelphenses, silentio plus po-
tentia, quam alij verbosa oratione. Mandatis e-
nim Dei, & iustitiae præcepis congruit, ut fi-
des citharae.

III. In argumentis videndum est, vt minu-
ta succidantur, ea autem proferatur, quæ mai-
oris sunt ponderis, qualia sunt diuinas. Nam
*Cicer. s. in
Verr.
Cart. L. 4.*
omnes religione mouentur, & nulla res multi-
tudinem efficacius regit. Plenæ sunt exem-
plis omnium gentium historiæ, in quibus falsa
etiam superstitione delusa mortalium vol-
luntas in omnem partem flexibiles impel-
luntur. Atque, vt ait Valerius Maximus, Pri-
isci Romani statas, solemnesque ferias Ponti-
ficium scientia, benè gerendarum rerum au-
toritate, augurum observatione; Apollinis
predictiones vatum libris, Portentorum de-
pulsa Hetrusca disciplina explicari volue-
runt.

His attributis Zoroastres apud Babylonios,
apud Lacedæmonios Lycurgus, apud Athe-
nienses Minos, apud Romanos Numa multa
fuerunt: Verum, fraude superstitionum a-
gnita, nullum argumentum est debilius.

Diuinis proxima sunt humana, ὅταν ἀνα-
τρέπων, quæ spectabile damnum inferunt, vt mor-
bi, plagæ, membrorum mutilations, amissio
fortunarum, quorū propositi terrores si im-
minere videantur, potentissimis machinis a-
nimos percellunt.

A' ratiōne consequuntur bonorum spes, &
promissiones, quibus quisque pro suo inge-
nio, vt superius demonstratum est, afficitur;
quo certiora autem videntur, eo plus affici-
unt.

*Suspensionis
forma &
modus.*
Quarto, quod ad modum attinet, videndum
est, vt commodo loco, vt op. ruino tempore,
vt minimè suspiciose, & reluctant, eius qui
mouendus est animo, prima fiat aggressio;
Deinde, vt non apparata, non insidiens videa-
tur oratio, non verbosa sit, non picta, non iu-
ueniliter laeticiens; sed simplex, honesta,
synecea, parca verborum, sententijs, & argu-
mentis pressa, quod maximè fieri oportet, v-
bi de re negotiosa sermo est, apud callidas,

& occupatas aures, adde etiam suspicaces:
nam tunc omnis ornatus haberet pro dolo.

Alia tamen agendi ratio est in floridis ar-
gumentis, qualia solent esse Eruditorum Phi-
losophorum: tales enim orationes expo-
sitionem, quanquam sobriam illam quidem, &
minimè fucatam desiderant: inuenit nonnun-
quam verbis res, & experimenta coniungere,
quod Cyrus admodum prudenter fecisse, me-
moratur à lustino, qui cum expeditionem in
Medeos pararet, conuocato populo, iubet o-
mnes præstò cum securibus adesse, & syluam
via circumdatam excidere. Quod cum stren-
uè fecissent, eodem postera die, ad paratas
epulas inuitat: Deinde, cum alacriores ipso
coniuicio factos videret, rogar, si conditio
proponatur, utrius vita fortè legat, hester-
ni laboris, in praesentium epularum, praesen-
tium, vt clamauere omnes: ait, Hesterno si-
milem labori omnem vitam acturos, quoad
Medis parcent: se sequitos hodiernis epulis.
Lætis omnibus Medis bellum infert: ita re o-
stendere oportet, quod suaderetur: nihil enim
est ad infringendam aliorum dissuasionem,
nostram amque sententiam confirmandam po-
tentius.

Si res desint, valida sunt exempla sepius ob-
oculos ponenda, quæ magnum in utramque
partem momentum habere solent.

De exhortatione & cohorta- tione.

CAPUT IX.

Exhortatio differt à suasione, quod hæc sit Exhortatio
consilij, illa motus: in suasione siquidem differt à sua-
tione.

Orator docere, in exhortatione inflamma-
re nititur: quamobrem, & in suadendo, vt re
adhuc incerta, plus argumentorum est, in ex-
hortando plus caloris. Prouidendum est in
primis, vt res, ad quam hortamus alios omnes
numerous habeat honestatis: num si quid tur-
piculi appareat, rationibus prius erit diluen-
dum, quam motus, & affectuum faces adhi-
benda.

Secundo, nunquam plenè exhortandum
videtur, antequam de re facilitate constet:
nam si minimè conuictos, & reluctant, ad
huc animos coneris exhortari calidius, idē fa-
cias, ac si lignum adhuc viride, & crudum
prima aggressione nitaris incendere. Itaque monendus,
In exhorta-
do animus
prius ratio-
ne vincen-
dus quam
nec